



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

Titulus I. De sponsalibus & matrimoniis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)



## LIBER IV.

## TITULUS I.

*De sponsalibus & matrimoniis.*

**P**roximus liber clericis & monachis  
 catus fuit: hoc autem libro agitur  
 sponsalibus, & matrimoniis, quae  
 laicorum propria. §. Sponsalia sunt  
 rarum nuptiarum promissio. 30. q. 5. c. 1.  
*frates. 3. & D. de spons. l. 1.* Quae  
 tio si vera est, omnia sponsalia in futurum  
 tempus conferuntur. Quod autem  
 dicitur, alia esse sponsalia per verba de  
 senti, alia per verba de futuro, sic  
 debet, ut ea, quae per verba in praesens  
 ta sunt, matrimonium constituent, &  
 proprie ac barbare sponsalia vocentur,  
 notavi ad rubricam. *D. de sponsalib. §. 1.*  
 trimonium, quod nuptiarum vocabulo  
 ficatur, est viri & mulieris conjunctio,  
 viduam vitae consuetudinem continens.  
 4 q. 2. in pr. & *D. de ri. nupt. l. 1. §.* Utrumque  
 vocabulum a muliere deducitur, non a viro.  
 Nuptiae namque dicuntur: quia puellae caput  
 suum obnubebant, id est, tegebant pudorem  
 causa. 30. q. 5. c. nec. ill. 8. Rursus dicitur ma-  
 trimo-



monium, non patrimonium: propterea  
 quod in liberorum procreatione atque edu-  
 catione plus videtur mater præstare, quam  
 pater: cum filius matri si ante partum oner-  
 osus, in partu dolorosus, post partum la-  
 boriosus. *Sup. de convers. infidel. cap. 2. vers.*  
*quod illa.* §. Matrimonii divisiones tres  
 continentur. I. Vel est initiatum, vel perfectum,  
 ratum & ratum dicitur. Initiatur consensu:  
 perficitur copula carnali. *d. q. 2. c. statutum.*  
 §. *apparet. & cann. seqq.* II. Aliud est  
 legitimum, non ratum; quod inter infideles  
 contrahitur, moribus aut legibus comproba-  
 tum: aliud ratum, non legitimum, quod  
 inter fideles solo affectu sine legitimis solen-  
 nitatibus contrahitur: aliud legitimum & ra-  
 tum, quod fideles servatis servandis contra-  
 hunt. *28. q. 1. c. ult. §. item illud.* III. Aut sunt  
 primæ, aut secundæ nuptiæ. *Inf. de sec. nupt.*  
 Secundarum appellatione intellige etiam ter-  
 tias, & quartas, & ulteriores, ut docui ad *tit.*  
*de sec. nupt.* §. Matrimonium a Deo in-  
 ditum est procreandorum liberorum, &  
 propagandi humani generis causa. *31. q. 1. c.*  
*32. q. 2. in pr.* §. De sponsalibus & 7  
 matrimoniis duæ quæstiones practicæ in De-  
 cretalibus dissolvuntur. I. An valeant. II. Si  
 valeant, qui sint eorum effectus. §. Quod 8  
 ad priorem quæstionem attinet, ut matri-  
 monium valeat, abesse oportet omnia ma-  
 trimo-



trimoniorum vitia, de quibus in titu  
 quentibus differetur.

II. De sponsatione impuberum.

1 PRimum vitium spectatur in etate  
 hentium; nam impuberes non  
 contrahere matrimonium. *c. attestat*  
 Possunt tamen sponsalia contrahere  
 num ætatis septimum. *cap. 4.* Id  
 sponsatio per verba de præsentis inter  
 beres facta, non facit matrimonium  
 2 sponsalia *c. ult. §.* Puberes iudicant  
 canonico ex habitu corporis, id est, *De*  
 tudine ad liberos procreandos. *c. 3.* *De*  
 tem civili ex ætate, id est, masculi  
 quatuordecim, foeminae majores duodecim  
 annis. *C. quan. tut. vel curat. esse despon*  
 3 *Inst. quib. mod. tut. finit. in pr. §.* Despon  
 tio in hac & *seq. rubr.* & aliis locis est  
 commune sponsalibus & nuptiis, *licet*  
 desponsatio per verba de futuro facit  
 lia, veluti, *Ego te uxorem accipiam:* despon  
 autem per verba de præsentis facit  
 nium, veluti, *Ego te in uxorem accipio.*

III. De clandestina desponsatione.

SECUNDUM vitium est, si desponsatio  
 id est, non in Ecclesie conspectu  
 & 3. *in pr.* Sed quia hoc vitium substantia  
 matrimonii non attingit, desponsatio